

8854.

(1)375 oktober 14.

Spånga kyrka.

Johan Karlsson, domprost i Linköping och kanik i Uppsala, kungör att han är skyldig Uppsala domkyrka i Sverige 900 floriner av florentinsk prägling i Kölnvikt, vilka mottagits som lån och för vilkas betalning han överläter 3 markland jord i byn Rissne i Spånga socken till domkyrkan, på villkor att Johans arvingar skall kunna återköpa egendomen för samma summa i floriner av nämnda sort inom ett år räknat från detta brev datum. Om egendomen blivit förbättrad av domkyrkans syssloman eller någon annan beträffande jordbruket eller genom reparation eller nybyggnad, skall arvingarna fullt ut ersätta domkyrkan för utgifterna tillsammans med nämnda summa i floriner. Om arvingarna inte återköpt egendomen inom ett år skall de inte längre ha möjlighet att göra detta. Vittnen är närvarande sockenbor, varav tolv fastar uppräknas. Vedervarumän är herr Johannes, kyrkoherde i Spånga, och Kettilbjörn i Vällingby, underhärads hövding (i Sollentuna härad).

Utfärdaren beseglar tillsammans med välborna män Karl Ulfsson, lagman i Uppland, Finvid Finvidsson, Filip Karlsson, Anund Jonsson, utfärdarens släkting, och Peter Israelsson.

Orig. på perg. (26,6 x 18,1 cm, uppveck 2,5 cm; 24 rader), Sv. Riksarkivet (RPB nr 1181). – Brevet är försett med Rasmus Ludvigssons brevsignum 73: o: (för Uppsala domkyrka).

Jfr brev 1361 19/8 (DS nr 6521) i vilket Johan Karlsson pantsätter 1 markland i Bromstens by i Spånga socken till Uppsala domkyrka.

Om Johan Karlsson (Färla), se ÄSF s. 145 f.

Om Kettilbjörn i Vällingby, underhärads hövding i Sollentuna härad, se J. E. Almquist, Lagsagor och domsagor i Sverige I (1954), s. 43, not 1.

Ego Johannes Karlsson prepositus Lyncopensis et canonicus Vpsalensis · tenorepresencium constare volo tam · posteris quam modernis · me cathedrali ecclesie Vpsalensi, metropoli regni Swecie, in nongentis florenis de signo et cuneo Florentino ponderis Coloniensis sub vero mutuo per me receptis esse veraciter et realiter obligatum · pro quorum integra solucione · ipsi ecclesie bona mea infrascripta, videlicet tres marchatas terre in villa Risnø parochie Spanga cum opidis · agris · pratis · siluis · piscariis · pascuis · ac omnibus et singulis eorundem bonorum et opidorum adiacenciis infra sepes et extra · quibuscumque censeantur nominibus · soluo · deputo · et assigno perpetuo possidenda · condicionibus, que sequuntur, adiectis · quod scilicet heredes mei predicta bona pro florenis in numero^a et forma pretactis redimere valeant · infra annum · a data presencium computandum · prouiso, quod, si bona prefata per ychonomum vel alium ad hoc nomine ipsius ecclesie deputatum · quoad agriculturam, reparacionem domorum inibi positarum vel aliarum de nouo edificandarum meliorata fuerint · jdem heredes mei ante occupationem eorundem bonorum · antedictae ecclesie vna cum principali florenorum summa premissa plenarie satisfaciant de impensis. Renuncio insuper in hiis scriptis excepcioni non habite et non nummerate^b pecunie ac omnibus et singulis aliis excepcionibus tam iuris quam facti necnon omnibus iuris canonici et ciuilis ac legum penitencie amminiculis · que michi vel heredibus meis contra premissa vel premissorum aliqua possent generaliter vel particulariter suffragari · Si vero bona sepedicta per heredes meos infra annum, vt premittitur, redempta non fuerint · jdem heredes bona ipsa cum eorum adiacenciis deinceps redimendi nullam penitus habeant facultatem. Actum et datum apud ecclesiam Spanga anno Domini ccc^o lxxvinto, quartadecima die mensis Octobris, die videlicet Calixti pape, jn presencia parochianorum ibidem tunc presencium, de quibus specialiter et expresse nominati fuerunt firmarii testes dicti wlgariter fasta infrascripti, videlicet Gunnarus in Flyastum¹ · Olauus in Heslaby² / Laurencius in Norum³ / Johannes in Akarle⁴ / Michael in Rincaby⁵ / Olauus ibidem · Iærlerus in Æruinge⁶ / Gislo in Rincaby / Martinus in Digraacarlø⁷ · Laurencius ibidem / Laurencius in Krosta⁸ · et Michael in Røsta.⁹ Jtem · super prediis premissis in Risnø · fuerunt presentes duo testes dicti wlgariter vidheruarumen · scilicet dominus Johannes · curatus ecclesie Spanga predicte · et Katilbernus de Vellingiaby proloquutoris in illa prouincia

vices habens. In quorum omnium evidenciam firmiorem sigilla nobilium virorum · domini Karoli Vlfson, Vplandiarum legiferi, ac Finuidi Finuidson et Filippi Karolson meo sigillo proprio peto presentibus coaponi · Sigilla insuper nobilium virorum domini Anundi Jonson generi · et Petri · Isrælson presentibus apponi peto in maiorem evidenciam premissorum.

På baksidan: Obligatoria dominij Johannis Karlssons super nongentis florenis ecclesie
Vpsalensi
Rýsnø in Spanga
Super Risne (med annan hand)
F ij (Uppsala domkyrkas lådsignum)

Sigill: nr 1 spår av bortfallet sigill av grönt vax i bevarad påse av violett ylle; nr 2 bortfallet med rester av sigillpåse av ljusblått ylle; nr 3-5 saknas på de i brevets uppveck kvarsttande remsorna. – Noteras bör att endast fem sigill vidhänger brevet trots dess uppgift om sex sigillanter.

a,b *Så ms.*

¹ *Flysta i Spånga socken.* ² *Hässelby i Spånga socken.* ³ *Nora i Bromma socken.* ⁴ *Akalla i Spånga socken.* ⁵ *Rinkeby i Spånga socken.* ⁶ *Ärvinge i Spånga socken.* ⁷ *Akalla i Spånga socken (för namnformen se DMS, Uppland 1:7, s. 316).* ⁸ *Troligen avses Krogsta i Norrsunda socken.* ⁹ *Råsta i Spånga socken.*